

172  
175

APPLAUSUS  
HONORI NUPTIARUM  
VIRI  
EXCELLENTISSIMI, CLARISSIMI,  
DOCTISSIMI,  
DOMINI  
**M. PETRI JAE-**  
**NICHII**  
GYMNASII THORUN. RECTORIS  
OPTIME MERITI,  
ET  
VIRGINIS  
SEXUS SVI VIRTUTIBVS ORNATISSIMÆ  
**CHRISTINÆ**  
CIVIS QVONDAM APVD NOS HONORATISSIMI  
**B. DN. JOHANNIS**  
**GRANDAU,**  
*RELICTÆ FILIAE*  
CONCINNATUS  
LITERIS OPERANTIBUS  
d. II MAII ANNO M. DCCIX.

---

THORUNII

---

1209

## *Excellentissime Sponse,*

**N**on potuit in nostris pectoribus tam frigide excipi illa *Tua* felicitas, qua Virgo ex omni virtutum genere scitissima, quasi egregiorum in Palaestra literaria laborum pretium felici auspicio *Tibi* destinatur. Nimirum hoc unum erat necesse, ut clara *JAENICHIORUM* Domus, Parente suo optimo orbata, utut splendore proprio quam commendatissima, novistaedis instauraretur, & inspem novam coelo adspirante, denuo consurgeret. Poteris enim non deminisse acerbi illius luctus, quo ex aestumatissimi Parentis excessu immane quantum percussus, ipse lacrymis dignissimum prosequeraris, quamvis tamen ita, ut cum Pericle propter domesticum grave alioqui vulnus, publico nihil detractum testarere. Merito hinc solatia amplectentis, quae huic vulneri radices altius agenti subinde ex voto medentur, Virginem lectissimam aeterno nexu *Tuo* lateri adiungentia. Ut autem omni gratulatione maius est, eam, quae ob singulares virtutes ac summam morum concinnitatem elogium quodque supergressa, *Tibi* consortem esse selectam: ita votis apud coeleste Numen quaerimus, ut felicitatem hanc solidam, diuturnam quoque ac sine fine perennantem esse iubeat. Coeterum vive felix seculis, quae mereris: augeat supremus felicitatem quam occupas: augeat honores, quibus dignissimus es, atque tot aetati *Tuae* annos, tot Virtuti faustos successus addat, quot benevolentiae singularis symbolis *Te* nobis maxime commendasti.

Dabant Calend.  
Maii ccccix.

*Haec vota concipiunt  
deuinclissimi  
Supremae Curiac  
Auditores.*

**POST**

# POST NUBILA PHOEBUS.

P <small>re</small> clare dictum: post	P <small>allida</small> nubila	P <small>hoebus,</small>
O <small>ras</small> Obscuras sic	O <small>rthus</small> sol	O <small>rbis,</small>
Suscitet ut S <small>egetes</small> , ut	S <small>ingula</small>	S <small>ervet</small>
T <small>ristitia</small> T <small>actis &amp;</small>	T <small>ædia,</small>	T <small>ollat,</small>
Noxia sed N <small>igrans si</small>	N <small>otus</small>	N <small>imbos</small>
Volvat, & hic V <small>ivum sol</small>	V <small>ellet</small>	V <small>ultum,</small>
B <small>acchantur</small>	B <small>landomox</small>	B <small>ili</small>
Indicunt luctus.	B <small>ellaque</small>	I <small>llud,</small>
Extantur, spargunt	I <small>n</small>	L <small>æta,</small>
A <small>st</small> subito plorant,	I <small>ustis</small>	A <small>ltis,</small>
P <small>ETRUS IAENICH,</small> cui P <small>ia</small>	P <small>lebs</small> P <small>raconia</small>	P <small>rabet,</small>
H <small>is</small> dabit assensus.	H <small>ic</small>	H <small>æsit.</small>
O <small>ptimus</small>	O <small>ccubuit pater,</small>	O <small>rba</small>
E <small>cclaus.</small>	E <small>n plausus</small>	E <small>cce</small>
B <small>landæ</small>	B <small>landitur:</small>	B <small>eatæ,</small>
V <small>estri</small>	V <small>incla thori;</small>	V <small>igete,</small>
S <small>emper</small>	S <small>ervet lœva</small>	S <small>acratus.</small>

Sic grato animo accinebant  
CLASSIS primæ Audi-  
tores.

Terra

STE

**T**erra refloescit viridis nunc tempore verno,  
Et flores circum flumina fundit humus,  
**G**raminei florent campi, nunc prata triumphant,  
Et silvis redeunt arboribusque comæ.  
**A**cris hyems periit cum nix liquefacta calore,  
Auras in tenues solvit illa suas.  
**Q**uæ nobis rapuit violenter frigida bruma,  
Tempore jam verno reddidit illa Deus.  
Exultant homines & gestant gaudia fronte,  
Lætitias hilares angulus omnis habet.  
Lætitia ast major gaudentia pectora cingit,  
Cum RECTOR celebrat suavia vincla Thori.  
**Q**uare grande caput sertis nunc cinge rotundis,  
Tædas sume tuas, ac, Hymenae, veni.  
Ut nova præsenti connubia numint firmes,  
Sponsos condecores muneribusque bonis.  
Virginitate fruens Viro pietate coruscat,  
Moribus exornat, virgineosque choros.  
Ad sint conjugibus charis connubia fausta.  
Principio mundi quæ Deus instituit,  
Sponsa Sibyllinos annos attingat honesta,  
Sponsus Nestoreos salvus & in columis.  
Vivite concordes optato lumine pleni,  
De cœlo celso quod Deus ipse dabit.  
Et nullus morbus viventia corpora turbet,  
Sit semper vobis, hic & ubique bene.  
Annis dotati, cœlestia scandite tandem  
Tecta poli, Tædas impleat alma quies.

11359  
Excellentissimo Domino Rectori  
gratulabundi de properabant  
Secundæ Classis Auditores.